



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

Locus à dissimili. Cap. XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

bus & propugnaculis careat, facile in hostium potestatem venit; ita animam, quae precibus munita non sit, nullo negotio redigit diabolus in ditionem suam.

Locus à dissimili. Cap. XXXIII.

DISSIMILITVDINES pleraque explicantur in libro Prouerbiorum: Iustorum, inquit, semita, quasi lux splendens, praecedit, et crescit ad perfectam diem: via impiorum tenebrosa. Nos, qui breuitatem habemus propositam, quomodo hic locus à dissimili, possit ad usum reuocari, dicamus: Hereticorum est, ab Ecclesia sancta recedere, noua dogmata consingere, doctores scholasticos contemnere; nos catholici, Ecclesiam sequi magistram, vetustatis castissimos limites non transire, scholasticos doctores venerari debemus. Alia etiam ratione: Sapientes huius seculi plerumque ita vixerunt, ut eorum vita à preceptis, quae alios docebant, discreparet: nos qui in Christiana & caelesti philosophia versamur, demus operam oportet, ut quae docemus, exemplo & vita sanctitate comprobemus.

Locus à contrario. Cap. XXXIIII.

SEQVITVR locus à contrario, cuius magnus est usus, siue aliquid confirmare aut refellere, siue probare & illustrare Ecclesiasticus orator studeat. Quatuor sunt contrariorum genera; Aduersa, ut Ciceronis verborum, priuantia, relatiua, (hoc liceat uti vocabulo, ut facilius res explicetur) & contradicentia.

Ab Aduersis.

Ab Aduersis Ecclesiasticus orator sic poterit argumentari. Superbiam, peccatorum omnium matrem scimus

mus